



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

De primo fructu perfectionis ad proximos relatæ, qui est, neminem  
temerariè iudicare. Cap. xxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

ras alij alii committere, & vnius onera & labores in alterius fratri siue collocare, donec ab hoc miserari mari liberemur, & in terram viueatium, scilicet in caelestem patriam appellamus. Ibi non erit onus aliquod, quod intuicem portemus, sed erit æternum dilectionis præmium quo sine fine perfruemur.

Deut. 25.

Prov. 11.

Deut. 25.

Amor etiam suispliis hominem mouet ut verba & opera sua excusat, verbo scilicet sanè interpretetur, actiones tueatur, & iusto pondere ac mensura metiat. Quare tunc diligit proximum sicut seipsum, cum proximi sermones, & actiones eodem modo respicit, eadem mensura metitur, & eodem pondere expendit, quo expendit sua. Dicitur est enim in Deuteronomio: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, ut longo viua tempore. ] Et rursus apud Salomonem. Pondus magnum & pulsulum, & mensura duplices immundæ sunt apud Deum. ] Ille habet in sacculo diuersa pondera, & in domo modios distinctos, & in corde mēsuras duplices, qui nō eisdem oculis sui & proximi opera respicit, qui diuerso modo suos, & fratri defectus examinat: Qui suos labores laudat, & extollit, alienos autem contemnit: Qui proprios defectus extenuat, proximi verò defectus exaggerat. Abominatur Dominus eum qui facit hæc: & auersatur omnem iniustitiam.] Ille denique amat fratrem sicut seipsum qui propter amorem illum scilicet, quo ordinatè, & secundū rationem seipsum amat, tamquam exemplar sibi proponebit dilectionis fratris; & dilectionem fratris ita tēperat, ut sit imago ordinati amoris sui. Ut enim pītor excellentissimus, qui aliquius facit in tabula cupit exprimere attentissimis oculis eam inspicit, penicillo autem imitatur, quod videt, & eo modo linea menta ducit, vultus particulas pingit, colores superponit, & homini exatē, aut iuuentute viuendam, aut canitatem venerabilem effingit, ut non mortua tabula, sed altera via facies esse videatur: ita proprius amor ratione moderatatem attenēt inspicendum est, ut fratrum amorem omnino ei similem, tum voluntatis affectu, cum externis operibus exhibeamus. Vide igitur, quomodo te ipsum amas, & sic enitere fratrem diligere. Considera vultum auroris tui, & sic cura, ut sit facies amoris illius. Considera, inquam, cum te ipsum vis ab aliquo defectu corrigerre, quanta suauitate te corrigas, quanta dulcedine reprehendas, quanta lenitatem castigas: quia eadem suauitate, & dulcedine debes corripere fratrem tuum ( si id tibi incumbit) reprehendere, & castigare. Vide cum te ipsum ad aliquod virtutis opus inclinas, quā tenetē cor tuum rationibus moves, quā humaniter consiliis instigas; quā amabiliter exemplis aliorum suades, & eadem humanitate fratri virtutem, & opera perfectionis suade. Aduerte, cum in te ipso defectum non potuisti emendare, aut virtutem acquirere, quo pacto non statim te ipsum contemnis, nec tibi incuriam, & pusillanimitatem exprobras, sed tecum ipse dissimulas patienter te sustines, & in alia occasione commodiorem, aut defectus emendationem, aut virtutis acquisitionem differs. Eodē itaque modo cum fratre te gere, & si non statim exuit saeculi mores, & religionis virtutes induit, & silentio, obedientia, mansuetudine, atque alii huiusmodi te ipsum ornavit, ne illum despicias, ne verbis acrioribus urgas, ne ira excandescas: sed longanimitate vtris illius imbecillitatem sustine, & ex te ipso alterius infirmitatem agnosce. Tu conseruus, sustine illum, quem Dominus sustinet; imitare Deum benignissimum, quire, & illum tanta benignitate toler-

A rauit. Ne sis tamquam illi duri & intractabiles Patriæ, qui alligant onera grauia, & importabilia, & impoñunt ea in humeros hominum, dito autem suo nolunt ea mouere. ] Si ita te cum amicis & inimicis, seruata proportione, geras; si illos honore prosequaris; si culpas excuses; si molestias, & infirmitates patienter feras; si misericordiar operibus adiuves: si omnium conversionem enixa petas, omnium salutem cupias, omnibus, Dei amicitiam, propter Deum, verbo & exemplo procures; si paratus sis pro charitatis amore graues iniurias patienter sustinere, & mala ab aliis illata tolerare, & pro malis, non mala, sed bonareferre; non dubites te charitatis fraterna sublimitatem acquisiuisse, & huic perfectionis parti, quæ in fratrum amore consistit, curam deditam nequam denegasse.

B *De primo fructu perfectionis ad proximos relate, qui est, neminem temerarie iudicare.*

## CAP VT XXVI.

**S**i in vita spiritualis perfectio, ut respicit Deum, & nos illi affectibus, & vita puritate coniungit, suos fructus habet, quos superius exposuimus; ita ut respicit proximos, & nos illis, tamquam Christi membris copulat, fructibus suauissimis non caret, quos nunc breuitatis gratia ad tria genera redactos, ut bona arbor ex omnibus suis fructibus perfectè cognoscatur, volumus oculis & gulfui legentium offerte; in qua scitu dignissimi sunt (in medium productis aliquibus Diaboli technis, quæ perfectionem impediunt) aliquantò latius explicare. Hi autem fructus sunt, cogitationes, & opiniones, quas quidam de aliis concipiunt; verba, quæ de factis, sive rebus ad alios pertinentibus proferunt; & opera in eorum usum, atque utilitatem effecta. Qui tres fructus, in Christo quidē quem fraterna charitatis, aut perfectionis ad proximos relata, deinceps magistru proponemus, sunt purissimi & ardenterissimi sui amoris insignia, in nobis verò aut sunt effectus seu fructus perfectionis iam habitæ, aut certè sunt auxilia quadam, quibus amore nondum acquistum paramus, & gradus, per quos ad fraterna charitatis perfectionem ascendimus. Nam bene (ut decet) de fratribus tentientes, & honorificè loquentes, & beneficis, ac bonis operibus adiuuantes, sensim amatores efficiemus. Quomodo enim non diligamus eum; cuius bonam existimationem habemus, cuius dicta & facta laudamus, & quem noltris donis & obsequiis dignatus sumus? Videamus itaque quo pacto Dominus noster Iesus Christus de hominibus sentiebat, quo pacto de illis loquebatur, quæ opera in eorum usum patrabat, ut ex magistro dilectionis discamus amare, & eum imitantes, & amore sancto imbiamur, & ad perfectionem charitatis fraternalis, quam cupimus, tandem ascendamus.

E Vt autem à primo, scilicet à cogitationibus sumamus exordium: Christus amator noster ardenterissimus, in primo aduentu suo non egit personam iudicis, sed suscepit munus defensoris. Licet enim à Parre constitutus sit iudex viorum & mortuorum, nō tamen misit eum in mundum (inquit Ioannes) ut iudicaret mundum. Sed ut saluaret mundus per ipsum. ] Ideo in diebus carnis mortalis sua, non iudicandi munus tractauit, sed pro ut iustitia permittebat, & misericordia postulabat, prouinciam admittendi, &

Ioann. 3.

excusandi

Iohann. 3.

Matt. 26.

Ibidem.

Cant. 2.

Lucas 23.

Psa. 102.

Aug. ibid.

Lau. Iust.

Mat. 19.

excusandi peccatores exercuit. Mulierem in adulterio deprehensam ab iniquorum accusatione eripuit, & quod magis est, à lapidibus, & morte acerbissima liberavit; percepit rubori, curavit animam, & suauissimis verbis in spem consequendi veniam erexit, dicos illi: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit. Et cum illa respondisset: Nemo Domine; ipse subiunxit: Neque ego te condemnabo, vade & iam amplius noli peccare.] Discipulos in horto dormientes, & sopore graui detentos, mansuetissime correxit, & ad vigilandum, & orandum hortatus est; & statim benignissime excusat, spiritus (inquit) vester promptus est, caro autem infirma.] Post paululum verò, cum iam nullus relictus esset in tanta oscitantia excusationi locus, amanter dissimulauit, & priuò quidem relictis illis ad orationem rediit, & ab oratione reuertens, demissa voce, ne illos excitaret; Dormite (inquit) iam & requiescite.] Non negligenter acerbis reprehensor, sed somni discipulorum custos effectus. Audeo cogitare, benignissimum Dominum, quo tempore hostes immanissimos expectabat, ita cantasse: Adiuro vos filiae Ierusalem, per capras, ceruósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectos quousq; ipsi velint. Sed (quod omnem nostram exaggerationem superat) è cruce pendens iniquissimos interfectores excusat, & peccatum eorum sine cōtroversia omnium peccatorum maximum, apud Parrem quadammodo extenuat, dū ait: Pater di mitte illis, non enim sciunt quid faciunt.] O admirabilis benignitas Salvatoris! ô stupenda dulcedo cordis illius! qui tantis, ac tam enormibus flagitiis offendis, non irritatus, sed quod in se est crucifixoribus suis tam immixta delicta condonat; & enixè à Patre veniam exposcit. Sed quis, aut verbis explicare, aut mente cogitare sufficiet, quanta māsuendine Dominus discipulorum defectus tolerabat, ignorantias patiebatur, ineptias & pueritatis ferebat? Non iudicabat eos, quia de primatu contendebant; non indignabatur, quia primas sedes affectabant, non irasciebatur, quia aliquando stulte, nonnumquam verò intempestiuè interrogabant; sed supportabat illos, sapienter erudiebat, & amanter ac leniter corrigebat. Planè, quo modo misericorditer pater filiorum, misertus est Dominus in timentibus se, quoniam ipse cognovit figuramentum nostrum, hoc est, infirmitatem nostrā. Nour ipse, quid fecerit (inquit Augustinus) quomodo lapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo ditandum sit. Nour Dominus hominum imbecillitatem, & illos tamquam infirmos, suauiter curauit, & tamquam imbecillos, misericorditer portauit. Non solum autem discipulorum, sed etiam omnium aliorum infirmitates patientissime sustinebat. Nam quantumcumque infirma sunt membra (vt ait Laureatus Iustinianus) non repelluntur à Christo, non deseruntur ab ipso, sed frequentur, pascuntur, curantur, & viuiscantur.

Nos igitur, qui pro amore Christi omnia reliquimus, & eū pauperes & nudi sequiti sumus, duo hac munera capiū nostri cōsequimur, scilicet munus iudicium, & munus consolatorium. Dignitas iudicium in vita futura nos manet: Nam & sedebimus super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israēl.] In hac autem vita mortalī non sumus iudices, sed fratribus defensores, ac consolatores, ne nunc præsumamus iudicium, sed suo tempore reseruemus. Hic itaque sit primus nostræ dilectionis effectus, aut priuimum auxiliū, quo dilectionis perfectionē parare contendamus, si neinimem iudicemus. Sunt enim aliqui in cœribus religiosis similes Pharisæis, qui omnia fratrum opera iudicant, atq; condēnant. Illi quidē Chri-

Asti discipulos accusabant, quia maiorum scita nō custodiebāt. Quare (inquit) discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, non enim lauāt manus suas cum panem manducār? Quia sabbati religionē violabant. Ecce (aiunt) discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbatis. ] Quia ieunia, & externas ceremonias prætermittebant. Quare (dicunt) nos, & Pharisæi ieunamus frequenter, discipuli autem tui non ieunāt? Ita isti iudice, & cœlestes effecti, suorū fratrū opera, & verba, imo & soli Deo notas cogitationes, diuiduntur. Quibus è contrario dicit Dominus: Quare vos transgredimini mandatū Dei propter magnā superbiam, & inuidiā vestrā scriptum enim est: Nolite iudicare, & non iudicabimini, quod si alios iudicatis, & eorū facta & dicta discutitis, videte, ne in seuerum iudicium, & in duram Domini sententiam incurritis. Quemadmodū qui mala sunt corporis constitutio, cibum stomacho ingestum, licet suaissimū, & facilissimū ad concoquendū, statim in malum humorē conuertit; qui vero sani sunt, & bona dispositione membrorū pollent, cibos minūs aptos in bonum sanguinem mutant: ita inuidi, & malevoli, quicquid vident, aut audiunt, tamquā malū, & virtuti contrarium, detestātur, & verbis, ac murmuratioibus proscindunt, sed fratrū amatores, & charitatem perfecti, etiā, quæ aliquam habent speciem mali prudenter excusant. Placet tamen hoc sancti Dorothei verbis audire. Ut enim corpora melancholici (inquit) & mali humoris, quicquid absumperint, illud in cholera conuertit, & quodammodo perimunt, licet fuerit cibus optimus; nec à cibo causa est, sed à corpore, quod distemperatū, contraria ad digestiōnē operatur, & ciborū naturā immutat: sic anima male disposita, vnaquaque res, quāvis bona, & utilis, suo viriō nocet. Finge melis vasculū ante nos posūt̄ esse, si quis in illud modum quid absynthij iaciat, nōne vas torum corrūpit, & mel amarū facit? Idem nos facere videmur, cum pugillo amaritudinis nostrā totū proximi bonū corrumprimus, iudicantes illū pro statu mentis nostrā, & trāsformātes quodammodo ipsū ex mala dispositione, quia in nobis est. Nā qui benē animo dispositi fuerint, tales sunt erga omnes, quales qui corpus temperatissimū habent; qui quicquid nocens comedent, omne conuertit in nutrimentū, & optimā concoctionē, ita ut nihil eis noceat, etiā quod nocens est.] Hoc minus iudicādi fratres vspare, est certo quodā modo diuitiae appetere & aduersus Deū, sicut quidā Luciferi, superbit. Est inquit, ac si iudicant, & damnans alios, corde diceret: In calū cōscendā, super astra Dei exaltabo solū meū, sedebo in monte testamēti, in latribus Aquilonis: Ascendā super altitudinē nubī, similis ero altissimo.] Nā Deus cū sit prima & summa veritas, regula recti est, quæ suæ voluntati cōsonant, bona sunt; quæ verò dissonant, mala sūt, & noxias; & quantū ad eius præcepta, vel consilia, hominū opera accedunt, tantū habent bonitatis; quātū verò ab illis descendunt, tantū nequitia, & iniquitate sedātur. Qui autē alios iudicat, & in illorū dicta, aut facta sententiam fert, qui dicit: Hoc malū est, illud verò non perfectū; Ego id non facerem; Numquam in tale quid consentirem; si eipsum facit regulā bonitatis, normā rectitudinis, crutinā sanctitatis, stateram perfectionis, cuius lāce bona & mala librātur, cuius voluntate mēsurātur, cuius iudicio examinātur: vnde supremā potestatē vspat, Deitatē occupat, in throno Dei sedet, quē dubio pœcul Deus à sua sede deturbabit, dicēs: Verū tamen ad infernum detrahēris, in profundum lacis.

Indices enim isti aliena vita, Christi iudicariā potestatem ambire videntur: Pater enim omne iudicium dedit filio] non filiis adoptatis, sed filio na-

Matt. 15.

Matt. 12.

Matt. 9.

Matt. 7.

Doroth.  
dōz̄. 16.

Isaia 14.

Isaia 14.

Ioram. 5.

Psal. 81.

Psal. 74.

Ber. ser.  
40. in cōf.Cassio. 7.  
5. de spiri-  
tu. Gaf.  
c. 30.

Lucas 6.

Dorotheo.  
dōth. 6.

Lucas 18.

turali; non illis, qui sunt servi & creaturæ, sed illi, qui verus est Deus Patri æqualis, cui dictum est: Surge Deus iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.] Et rursus: quoniam Deus iudex es. ] Quæ autem dementia est, seruum malum & peccatorum Domini potestate iniadere, & in supremam dignitatem propriam Deo, irreuerenter irrumpere? Fuge itaque ab invasione alienæ, & nunquam tibi concessæ potestatis. Caeue (inquit Bernardus) alienæ conuersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiam si perperam actum, quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionē, si opus non potes, puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimilatorem rei certitudine recusat, si uade nihilominus ipse tibi & dico apud temetipsum: Vehemens fuit nimis tentatio, Quid de me illa fecisset, si acceperisset in me similiter potestatem? Qui sic fratum, aut casus, aut imbecillitates excusant, & erga alios charitatem nutrunt, & humilitatem, si uique contemptum augmentat; & casum similem, aut forte maiorem, quam sit peccatum fratris, euadit; similem quidem, quoniam manifestè compertum est (ait Cassianus) iisdem causis, ac vitiis monachum obligari, in quibus de aliis iudicare præsumperit. Oportet ergo unumquemque semetipsum iudicare tantummodo, & circumspecte, cautèque custodire in omnibus, non aliorum conuersationem, vitamque discutere.] Et certè si aliquid experientia mea paruitatis valeret, ingenue fateret me, cum alicuius fratris defectum iudicau, post non multum temporis, eodem illigatum reperisse; & quod in alio viru, & defectum censui, in me, aut virtutem, aut certè inequivocabilem necessitatem iudicasse; quasi hominum eorum, qui subiacent vitiis diversitate, qualitates vitiorum mutentur: Tantum potest defectus perfectæ charitatis, & inordinata cuiusque in seipsum affectio. Illud autem magis timendum est, quod qui alios iudicant, in graviorē defectum, quam sit fratris, incurrit. Hos enim proximorum censores apud Lucam perstringi Dominus, dum eos fictos, & hypocritas nominat. Hypocrita (inquit) eiice primum trabē de oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.] Quæ (rogo) est ista trab, quam à propriis oculis extrahere præcipimus, priusquam parvulam festucam ab oculo fratris eisercere pergamus; nisi iudicium audax, & temerarium? Et quare cum trab confertur, cum proximorum peccata festucis comparentur; nisi quia, aut omnino, aut saltem ratione quadam temerarium iudicium aliorum defectus exedit. Vtrumque à Beato Dorotheo accepi, peritisimo quidem magistro vita spiritualis. Comparauit Dominus (inquit) festucam peccato, iudicium autem trabi. Excedit enim omne peccatum temerarium iudicium. Superat certè quatenus temerarius iudex superbiens, alienum munus diuinæ maiestatis usurpat, & quatenus imprudenter periculo eiudem peccati seipsum exponit. Grauius namque est in focum, quam vides, & detestaris, te ipsum coniicere, quam si nesciens quædam modū alius cedicerit, in eam incidisses & tu.] Hæc tinea contempnendi fratres, & eos iudicandi est, quæ virorum spiritualium opera inficit & iusticias corredit; sicut illius tunidi Pharisei obseruantias inficit, qui humilem publicanum aspernatus, irā diuinaam commeruit, & à supremo iudice repulsus est: Non quia gratias agebat, sed quia fratrem iudicabat, & proximum contemnebat. Ita iustitia, & labores tui, ô iudex aliorum, à superbia & malevolentia tua sedatis sunt. Non sunt Deo placiti, quia dum alios, aut oscitantia, aut otiositas condemnas, tuis

A viribus eos labores arrogas, quos non vires tuæ, sed auxilia diuina pepererunt. Quare infelicissimo superbiæ genere laboras: Nam bona naturalia Deo attribuens, tuæ virtuti supernaturalia ascribis. Vade nunc (inquit Augustinus) & vœtila iusticias tuas; iactate, & dic: Dives sū, Quām diues? Si volo, iustus sum; si nolo, iustus non sum. In potestate habeo iustum esse, & iustum non esse. Non audis in Psalmo: Qui confidunt in virtute sua? Ergo & Deus tibi carnem, & Deus tibi sensum, & Deus tibi animam, & Deus tibi mentem, Deus tibi intelligentiam dedit; tu das tibi ipsi iustitiam? Quid est caro, quid sunt sensus, quid est anima, quid est mens, quid est intelligentia, sine iustitia? Nonne omnia ista, si iustitia careant, ad pœnam valebunt? Ergo tam diues es, vt cum Deus tibi dederit inferiora, des tibi potiora? Malè diues, exinaniter diues, si tamen habes, quod te dixisti habere. Quid habes quod non acceperisti? Vide quantum malum sit bona gratia, & iustitia sibi quemquam ascribere; quia in illud certè miserabiliter impingis, cum alios, aut desidia, aut oscitania, aut alterius vitij apud te diuidas, & tuas virtutes, aut iusticias arroganter exaltas.

Aug. lib.  
so. homil.  
hom. 34.

Psal. 48.

1. Cor. 4.

Bern. ser.  
40. in  
Caro.

B ista generaliter dicta sunt, sed attingenda sunt aliqua particularia iudicia temerariè usurpatæ (vt ex his paucis alia colligamus) quæ in seruis Dei charitatem eneruant, eisque sensu & voluntate disiungunt, & mala cerè grauiflamma & ipsi, & toti congregationi afferunt. Loquimur autem cum subditis, non cū amico spōsi, id est cum Prælato: cui (vt ait Bernardus) alia ratio est diligentius obseruandi, ne quis peccet; & explorandi, an peccet, & emendandi, si peccatum fuerit. A qua sane necessitate sponsa (id est anima subiecta, & prælationem non habens) libera est, soliviuens sibi, & ipsi, quem diligat Sponsus pariter, & Domino suo. Cum subditis ergo loquimur, & eos hanc pestè fugere & hoc impedimentum perfectionis caue re monemus. Ex quibus quidam sunt adeò superbi, & inuercundi, vt Prælatos suos iudicare non trepident. Isti autem in duas sunt velut factiones diuisi. Nam aliqui Prælatos suos nimis severiratis; alij nimis lenitatis arguent. Illi has cogitationes nutrunt, & fovent in corde. Ad quid tanta cura rerum minima rum ad quid tanta diligentia, vt hæc regula nullius certè, aut patui momenti serueretur? ad quid tam rigida disciplina censura? Quid refert, si ora verbis otiosis laxem? Quid si vellem magis curiosam induam? Quid, si à scularibus hoc aut illud munulculum, renuentibus Prælatis, accipiam? Hæc tamen acriter prohibere, tam severè danare, non prudentia, non perititia regiminis, sed scrupuli sunt inanes Prælati. Hi verò è contrario cogitant. Quare præpositus isti fratris defectum dissimilat? Quare illi istam comoditatem permittit? Quare non arctat eum, vt istud nimis obeat, illud onus suscipiat, illam autem occupationem minus necessariam relinquit? Quare prælationem admisit, si nescit virtute irrumpere iniquitatem? Nimis blādus est, qui nec suam autoritatem tuerit, nec obedienciam zelat, nec subditorū voluntates frangit, nec scit illos rectitudini, & regulari obseruationi subiicere. Ecce iudices iudicū; ecce Prælatos Prælatorū; ecce reges regū, de quibus tamē dicit Dominus per Oseam. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes exiterunt & non cognoui,] quia non à Domino, sed à superbia, & stultitia sunt principes & iudices collituti. Et illi primi ferè sē per sunt amatores libertatis, defensores vitiorum, inimici crucis Christi, qui non mundū reliquerunt, sed in religionem secum detulerunt. Ceci sunt, & duces eorum, qui non adiuerūt nihil esse minimum existimandum, quod Deo

Osa. 8.

displieat

Eccl. 19.

Cassio, col. 6. c. vlt.

Prov. 29. serm. 70.

Greg. 5. mor. 10.

2. Reg. 9.

displaceat & puritati religionis officiat. Non considerat quod qui spernunt modica, paulatim decidet. ] non expendunt, quod hæc modica, & ( vt sibi videntur) parui momenti, ruina miserabilis ianuam aperit. Nam lapsus quispiam (inquit Cassianus) nequam subitanæ ruina corruiisse credendum est, sed aut prænupti institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decidente, & per hoc senium vietiis increcentibus casu miserabilis concidisse. Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinam mala cogitatio. ] Secundi vero ex parte periculosis delinquunt, quia sub specie perfectionis errant, quorum insaniam, ac tremendi supplicij periculum, non ego, sed Beatus Gregorius grauissimis verbis exponat. Sapè (inquit) quia intelligi non valēt, deterioribus displicant vel facta, vel dicta meliorum; sed eò ab eis non temere reprehendenda sunt, quòd apprehendi veraciter nequaquam possunt. Sapè aliquid a maioribus dispensatori agitur, vel præcipitur, quod à minoribus error putatur. Sapè multa à fortibus dicuntur, que infirmi idcirco diuidant quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arca signavit, quia casuram credens Leuites erigere voluit, mox sententiam mortis accepit. Quid est namque mens iusti, nisi arca testamenti? que gestata à bobus calcitrantibus inclinatur; quia nonnullum etiam, qui bene praest, dum subditorum populorum confusione concutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur; sed in hoc quod dispensatori agitur, inclinatio ipsa fortitudinis, casus putatur imperitis. Vnde & nonnulli subditi contra hanc, manum reprehensionis mittunt, sed à vita protinus ipsa, sua remittere desiciunt. Leuites ergo quasi adiuuans manum extendit, sed delinquens vitam perdit; quia dum infirmi quique fortium facta corripunt, ipsa viuentium sorte reprobantur. ] Non igitur est securum prelatorum facta indicare, & sanctitatis prætextu contemnere, quia sic præbemus superbia magnum indicium, & in diuinum lumen, quo illi præ careris illustrantur, iniuriosi sumus. Quis enim dubitet Deum ad regiminis bonum magis luceat iis, qui præfunt, quām aliis, quorū curæ gubernatio non est cōmīsa? Eo autem lumine superiores perfusi vires spirituales subditorum agnosciunt; ex hac autem notione prouenit, vt quosdam maiori labore salubriter onerent, aliis vero paterno affectu condescendant.

Sed relinqnamus iustos, & ad illos veniamus, qui non iam prælatos suos, sed alios fratres, & socios dānant, & iudicant, & in his duos solos Diaboli dolos, quibus eos illudit, ostendam. Sunt enim aliqui orationi & rebus spiritualibus addicti, qui vitam quietā diligunt; & moderata occupatione contenti, cōpus, quo Deo vacare, & quo lectio infistere debent; ordinatè disponunt, & tamquam æquabilissimum horologium cādem hora, & in eadem mensura, orationē, precationes suas, sacra Scriptura studium, & exteras occupationes allumunt. In hoc nequaquam damnandi, sed omnibz modis iuandū, si tamē obedientiæ, & diuinæ voluntati per superiores exposita, hanc suam vitam tam quietam postmittant, & animi modestiam, & sui contemptum non relinquant. Iste solent iudicare, & damnare eos, qui animarum lucera se cantur, & integras dies in earum utilitatem insūmunt, nullū ferē tempus, aut sua quieti, aut rebus spiritualibus referentes. Quare (inquit) ille frater non orat, & silenti disciplinam non seruat? Car cella secreta non amat, & lancha lectione non occupatur? Car in potu, & in cibo non tenet debitam abstinentiæ mensuram. Quare à sacerdotiū conuictu non tē-

A perat, & tam sine timore in rebus exterioribus se diffundit? Qui ita sibi nequā est, cui bonus erit? Si de sua salute spirituali nō curat, quomodo alienam sibi misericordiam procurabit? Hi disciplinæ zelatores, ut cordis sui amaritudini medeantur, dicant illud Pauli sibi metiis: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, Domino suo stat aut cadit. ] Serui Christi sunt, & cooperatores eius, qui animatum profectibus occupantur; non iis, qui se spirituales, & perfectos existimant, sed suo Domino obsequuntur; quid horum refert si stent, aut cadant, si suo Domino placeant, aut displaceant; stabunt autem quia potes est dominus statuere illos. Stabunt profecti, & stant quia illius vita tam occupatæ, & exterioris dispensia, supplent compædia charitatis, & mira conuersio, & emendatio peccatorum. Nō in solo pane viuant homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: ] Et licet isti fortassis pane orationis, & lectionis non viuant, & cultu interiori (quo carent) non proficiant, viuant tamē ex verbo doctrinæ, bono zelo & simplici intentione aliis administrato, quod sicut proximos alit, ita & ipsos verbi administratores nutrit, atq; sustentat. Et certè presumptuosum est, infirmos & delicatos, qui paruo labore contristantur, & minima occupatione distracti sunt, iudicare, & dānare illos viros fortes, & industrios, qui Ecclesiā fulciant, parulos defendunt, peccatores cōuerterunt, & homines (vt est in Psalmis) impotitos habent super caput suū. Illos igitur venerentur, illos suspiciat, qui sapient (licet id nobis absconditū sit) externis laboribus sine villa intermissione suscepisti, magnū spiritū orationis & non communem mentis puritatē & sanctitatem adiungunt, aut saltē in extremitate contemplationis desiderio succenduntur; cui tamen non satisficiunt, vt obedientiæ iusta perficiant, & charitatis iura custodiant. Sustinet cū Paulo anathema esse à Christo pro fratribz suis, dū spiritus delicias relinquit, vt animas à peccatis liberet, & liberatas Christo lucrificat.

Rom. 14.

Matt. 4.

Psal. 65.

Rom. 9.

Iosue 7.

C

D

E

Hoc in gratiam laborantiū dīcta sunt, sed eos etiā (quod multo magis necessarium est) admoneamus, ne pacē confundant, & concordiā turbent, & dicatur illis. Quia turbantis nos, exuberat vos Dominus in die hac. ] Iste ergo viros spirituales, & orationi deditos, aut viros quietos, & à nimis occupationibus aueros, acriter dānant, & tanquā otiosos, inutileisque aspernati gōrdent illos, quia non sēpēt laborat, quia nēgotiis & rebus exterioribus non intrahantur. Quā ob causā (aiunt) frater hic, cum possit, cōdoneū non reddit, & vt omnibus profit. Quare id non præstat, quod necessariū est, vt parvulis, & auxilio destrutis prōficiat: In tantā animarum necessitate cur infatuosa reque liebescit. Cur oratio languet, cur non affligitur, cur nō discritur, cur nō clamatur, cur nos solos relinquit, & non adiuvat nos? Vbi sunt officia charitatis? vbi est nostri cœtus ius, & aequalitas, si nos labore perpetuo grauamur, & alij ex nostris ferenti, & curis laxati vivā agant? Domine Deus meus; quanta sub his verbis ad laborem exhortatibus, & otiositatem, aut minorem laborem quoniamdam damnatibus, pestis lateri! Video zelum indiscrētum, & fatuum; video discordiam patlio charitatis operam: video intestini bellum regumento dilectionis absconditum, video ignorantia diuinæ vocationis tuae; Video Diabolū supereminētizianis in medio tritici; video hostē nos decipiente; video inimicum sub animas lucrandi prætextu nobis illudentem. Et quod ego certissime coram te video, da vt illi videant, & animaduertant, qui hoc malum quod iam serpit, radicus extirpare possunt. Iste profecto valde suis inanibus iudiciis, & amaris quærimonis decipiuntur; id cupiunt, quod impossibile est, id petunt, quod fieri non potest. Deus quidem

nos omnes ad unam religionem, sed non ad unum munus vocabit. Nam si religiosa vita variis constat officiis, & ministeriis, ad sapientissimam Dei prouidentiam spectabat, ut non omnes ad idem ministerium, sed quosdam ad istud, alios verò ad illud vocaret, sicut enim in domo regia, iste ad officium economi, ille verò ad munus strucroris admittitur; unus est à secretis, alter à consiliis; quidam à manu, alius verò à pedibus; neque est voluntas principis, ut minores serui ad maiora ministeria descendant, nec maiores ad minora se demittant, sed unusquisque munus sibi commissum exerceat, ut sic aula regia bene gubernetur, nec sit in ea vila cōfusio seruorum: Ita quidē Deus ad hanc regiā suam omnes nos euocauit religiosa virtute cultores, sed non ad idem munus adduxit. Quosdam vocat, ut parvulos erudiant; alios, ut disciplinas maiores publicē profiteantur; ipsis, ut confessiones peccatorū excipiant; illos, ut verbū Dei populo subministrarent; quosdam, ut antiquam messem veterano rum colligant; alios, ut nouam infidelium excolant; alios, ut onus gubernationis sustineant. Si autē omnes promiscue vniuersa munera obirent, & omnium ministeria quisque suscipieret, quid inde, nisi tria mala inevitabilia sequentur, & quod religio careret ordine, & magnam haberet perturbationem, & quod religiosa vita amatores tot rebus diftenti, & occupati, vitam minus quietam agerent, & sibi, & Deo ad tempus vacare non possent; & tandem, quod nullum ministerium cum ea grauitate, & perfectione, qua necessaria est, exerceretur? Hoc autem aduersarius nostrus zelis huiusmodi indiscretis intendit, ut omnes turbentur, & vitam negotiis externis distractam, & à rebus spiritualibus alienam agant, & nihil bene fiat, sed grauissima munia, certè apostolorum propria, inconsideratè festinante, & sine spiritu trahentur. Si itaque non sunt omnes ad idem munus euocati, stulti sunt, & injuriosi in fratres suos, qui omnes ad suum ministerium, quamvis perfectissimum, & nimis necessarium volunt pertrahere. Iti autem violenter attracti, nihil proflui in bello, ad quod non vocantur, efficient. Quare Iosephus, & Azarias à Gorgia victi, & fugati sunt? Quare aduersus gentes non præluerunt? An quia Israëlitæ non erant? Nequaquam: Constat enim ortus fuisse ex semine Iacob. Sed quare? Quia non erant (inquit Scriptura) de semine eorum, per quos salus facta est in Israël.] Inter Israëlitas igitur quidam vocabantur, ut contra gentes dimicarent; quidam autem, ut vrbes custodirent. Ita inter eos qui ad eamdem familiam, & statum pertinenter, quidam vocantur, ut gentes conuertant, vel iam conuersas in fide conseruent; quidam autem non ut gentes inuadant, sed ut suorum ciuitates, verbo, & exemplo custodian. Si ergo tu hoc magnum donum à Deo suscepisti, ut sis de semine eorū, per quos salus fit in Israël, qui tamquam bellator fortis hostes prosternit, & inimicorum exuicias in Ecclesiam adducit, quare contemnis aliū, qui & si Israëlitæ sit, non tamen est de semine vocatorum ad bellum? Ad quid prouocas eum ad preliandum cum gentibus, nisi ut misere præ tristitia cadat, & inter magnas labendi occasiones intereat?

Hanc munerum distinctionem, quæ debet esse in Ecclesia, & in quolibet cœtu fidelium, Paulus apitissima corporis similitudine explicit. Si totum corpus oculus (inquit) vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essem omnia vnum membra, vbi corpus? Nunc autē multa quidem membra, vnum autem corpus.] Est ac si diceret: si omnes omnia ministeria exercent, vbi

*2. Mat. 5.*

*1. Cor. 12.*

A erit, qui bene aliquod ministerium tractet? Si omnes per seipso animatum salutem curant, quis gubernabit dominum? Quis docebit scientias? Quis in aliorum ministeriorum occupationem incumbet? Vires hominis non solum moderatae sunt, sed etiā exiguae; quare satius est, ut quisque seipsum metens, & suam imbecillitatem agnoscat, non immoderatas occupationes, quæ obrunt, sed discretas & moderatas accipiat. Intelligamus ergo ineptas querimonias, quibus nimis occupati aliis detrahunt, tēdicas esse aduerlati, ut à nobis charitatem, & concordiam surripiat, & spiritum orationis, verāq; animi virtutes expilat. Vnde melius erit, ut à membris corporis animus, quod expediat addiscat. Oculus videt, & non audit (inquit Augustinus) auris audit, & non vider; manus operatur, nec audit, nec videt; pessambulat, nec audit, nec vider, nec facit, quod facit manus: sed in vno corpore, si sit sanitas, & nō aduersus se ligant mēbra, & auris vider in oculo, & oculus audit in auro; Nec obicit potest auti, quod nō vider, ut dicatur ei, Nihil es, minor es. Nūquid vide, & discernere colores potes, quod facit oculus? Respondeat enim auris de pace corporis, & dicit: Ibi sū, vbi est oculus, in eo corpore sum; in me non video, in illo, cum quo sum, video. Ita, cum auris dicit, oculus mihi vider, oculus dicit, auris mihi audit, oculi, & aures dicunt, manus nobis operantur, manus dicunt, oculi & aures nobis vident, & audiūr, oculi, & aures, & manus dicunt pedes nobis ambulāt. Omnia in vno corpore, cū operantur, si sit ibi sanitas, & cōcordia mēbra, gaudēt, & cōgaudēt sibi.] Ita igitur cōcordia vox inter nos sit. Omnes sumus vnius corporis mēbia, ille pro, nō docētibus, doceat, ille pro non cōcionantibus, cōcōnatur, ille pro non laborantibus laborat: Vnu quisque munus sibi demādatum obeat, & pro aliis, & in aliorum vtilitatē exerceat, & munera confusione non petat. Neque putandum est hanc ministeriorū diuisiōnem aequalitati repugnare. Nam sicut aequalitas membrorum non est, quod omnia eadem magnitudine constent (Nihil enim esset hac aequalitate, aut inæqualis, aut deformius) sed quod vnuquodq; eorum eam habeat magnitudinis molem, & illum laborem suscipiat, & illam proportionem seruet ad alia membra, sicut toti corpori est necessariū: Ita religiorum aequalitas non est, quod omnes idem munus obeant, aequaliter laborent, idem genus occupationis admittant, sed quod quisque iuxta vires, & vocationem suā, & iuxta superioris præscriptum toti corpori proficiat, ita ut in vniuersa pietatis officia bene peragantur. Optima res est concordia (ait Nazianzenus) optimū, animorū consensu inter se, ciuitates, & populos, & familias, & singulos homines iūgū legem videlicet, ordinēque naturæ sequentes, quæ omnia distinxit, simul atque constrinxit, ac totam hanc rerum molem, mundum vnum ex pluribus rebus efficit. Concordia itaq; distinctionū coniunctionē amat, non distinctionē, & diversa numerā partium excludit. Aequalitatem affectus, & amoris querit, non aequalitatem laborū, & occupationū requirit. Ita sane cogitationes, quibus vnius, aut diversa congregatiois fratres se mutuō damnat, atq; diuidit manifesta sūt imperfetta vita, & tepida charitatis indicia. Nā perfecta charitas non cogitat malum, nō solum aliorum bona gesta interius non damnat, sed mala quoq; & minus licita, aut prudenter, tamquam ad se non pertinentia praterit, aut amanter excusat. Quamobré manifestū est hunc esse perfectionis fructū, aliorum gesta minimē iudicare, sed omnium iudici Deo iudicadare relinquare. Si ergo ad huius perfectionis culmē volumus peruenire, habeamus erga fratres Christi vestigia inharentes, cor blandum & dulce, non contristemus pusillos, sed illis

*Aug. in  
psal. 130.*

*Greg. Na  
zianzen.  
1. in In  
liam.*

compatia

Doroth.  
dōf. 6.

compatiamur, sinamus festucas aliorum, & nostras  
trabes extrahamus; Nam qui optant saluari (inquit  
Dorothaeus) numquā curiosū sunt circa minima pro-  
ximorum delicta, sed circa sua semper occupātur, at-  
que ea præcidunt.

*De secundo fructu huius perfectionis, qui  
est nemini obloqui.*

## C A P. XXVII.

**S**ECUNDVS fructus perfectionis, ut respi-  
cit proximos, est nemini verbo, aut sermone  
contumeliam aut iniuriam interrogare, sed fra-  
trum absentem semper honorem tueri, & presentiū  
corda dulci, & prudenti sermone lenire. Quem fru-  
ctum ex Salvatore nostro, ac perfectionis magistro  
debemus accipere, & ab eo disciplinā de aliis loquēdi  
comparare. Quām enim caute, quām honorifice ipse,  
non quidē de aequalibus, sed de minoribus, & de crea-  
turis suis loquutus sit, regius vates breuissimo, sed  
dulcissimo versu cantauit. Ex vīris (inquit) & iniqui-  
tate redimet animas eorum, & honorabile nōmē eorum  
coram illo. ] Homines quidem à vitiis & peccatis  
liberasse, quā interpretē Augustino, vīrārum nomi-  
ne intelligunt, quia plus mali inueniuntur in suppli-  
ciis, quām commissum est in peccatis. Nam si quis  
proximi corpus occidendo lēxit, seipsum corpore, &  
animo in infernum detrusi, causa esse potuit, ut eos  
tamquam seruos emptiōis, aut tamquam mancipia  
vīlissima bello capta traxeret, & verbis contumelio-  
fis offendere, ignominiamque maledictis inureret.  
Sed non ita fuit, imō honorabile nōmē eorum  
coram illo. Imō dignissimis nominibus cōpellauit, ho-  
norificis titulis exornauit, laudationibus est pro-  
sequutus. Iam nōmē eorum delectūt in aeternū & in  
sæculum sæculi. ] illud scilicet nōmē, quo vocaban-  
tur apud Hoscam: Absque misericordia, & non po-  
pulus meus. ] Iam nec memor erit nominum eorum  
per labia sua, ] illorum scilicet nominum, quibus hos-  
tes, inimici, iugdēs, idololatram vocabantur: Sed eos  
oues, amicos, fratres, filios appellat. Ego (inquit) sum  
pastor bonus, & cognosco oues meas, homines ni-  
mirum, quos à Diaboli laqueis eripui, & in meū gre-  
gem adduxi. Et rursus. Iā non dicam vos seruos, quia  
seruos nesci, quid faciat dominus eius; vos autem  
dixi amicos, quia omnia quā audiui à patre meo no-  
ta feci vobis, & tamquam amicissimis meis secreta  
caelestia manifestauit. Et iterum: Non confunditur vo-  
care fratres suos, dicens: Nuncabo nōmē tuum frat-  
ribus meis, in medio Ecclesie laudabo te. ] Vnde Ma-  
rie dixit: Vade, dic fratribus meis, ascendo ad patrem  
meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum  
vestrum. ] Vt enim nos suos fratres vocater, & efficer-  
ter paulominus ab Angelis minoratus, Patre, cui se-  
cundūm naturam diuinā era aequalis, secundūm hu-  
manam minorē se fecit. Denique per prophetam air:  
Ego ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in filios, &  
filias. ] Honorabile quidem nōmē eorum coram illo.  
Non potest autem humana infirmitas eam dulcedine  
cogitare, quā suauis, ac dulcis Dominus cum homini-  
bus loquēatur. Nihil erat in eis verbis horridum,  
nihil inculpū. Non clamabit (vaticinatus est Isaías) ne-  
que accipiet personam, neq; audietur vox eius fortis.  
Calamum quassatum non cōteret, & linum fumigans  
non extinguet: In veritate educet iudicium: Non  
erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra  
iudicium, & legē eius insula expectabunt. ] Quid est,  
obsecro, non clamabit nisi quod mitissimus Dominus

A non erat clamosus, neque importunus altercator, non  
clamabat, sed summa modestia, ac animi benignitate  
homines admonebat, & ad rectitudinē hortabatur.  
Non audiebatur vox eius fortis, non in yīcis, & plateis  
coram externis, aut in domo inter suos perstet pebat;  
imō inter persequentes non aperuit os suum; sed tā-  
quam ouis ad occasionem ductus est, & quasi agnus  
coram tendente se, non præmetu, sed pra; manue-  
tudine, obmutuit. ] Calamum quassatum non conte-  
rebat, & linum fumigans non extinguebat, quia nemi-  
nē quantumvis fragilem, & contemptibile asperna-  
batur: peccatis frāctum, gratia & misericordia redin-  
tegrabat, & iamiam tēratiōibus penē extinctum, pa-  
ce & trāquillitatē, & victoria ab hostib; parta igne  
charitatis accendebat. Sane nō erat tristis, neq; turbu-  
lentus, ille, qui perfidi venditoris imitane facinus li-  
uit, & impīstissimi traditoris oculum non exhorruit, &  
terribilitate hostēs, verē & ex animo amicū cōpellauit.

Isaías 53.

B Haec lenitas Salvatoris, quā in verbis eius sanctissi-  
mis elucebat, sua est erga nos dilectionis insigae: &  
idē, qui charitate proximorum feruēt, & perfecti sunt  
signū vera dilectionis, & fructū sua perfectionis ex-  
hibeant. Prīmō, fratrum infirmitates & defectus de-  
bent silētio cooperare, neque illis leuiter, atque inani-  
ter obmurmure, illud adimplētus Ecclesiastici: Au-  
disti verbum aduersus proximum tuum, cōmoratur  
in te fidens, quia non te dirumper. Sunt enim aliqui  
animi ita angusti, & minutū, ut modicum proximi defectū  
non capiāt, sed simul atq; eum viderint, aut co-  
gnouerint, aut (quod detestabilis est) temerē iudica-  
uerint, incōsideratē effutiant, & intra se cōtineat nō  
possint. In istos illud eiusdem Ecclesiastici quadrat:  
Vt dupli corde, & labiis scelestis, & manibus male-  
faciētibus, & peccatori terrā ingrediēti duabus viis. ]  
Duplex namq; habet cor: vñū, amplū, & vīto pro-  
prij amoris dissentū, in quo propria peccata celant, &  
quasi cadavera putrida sepiellunt; alterum arctū, & in-  
uidiae labe satis angustū, in quo nec leue alterius pec-  
catum possunt abſcondere: Labia habet scelestia, quia  
nihil tonant, nisi peccata, & scelerā proximorum &  
bonā illorū pro ingēnita malitia, aut penitus fadant;  
aut si dī non possunt, extenuant. Manus sunt illis ma-  
le facientes; nam & si fratrem manu non feriant, lingua  
tamē & verbis vice manus percutiūt: & ingredi-  
entur duabus viis; vñā, qua sua peccata excusat &  
cōtegunt; alia, qua fratrum defēctus accusant & ape-  
riunt. Neque illi pīfectō nīmis taxantur, quos Ber-  
nardus multō maiori acīmōia perstrinxit. Prodīto-  
res sunt (inquit) quicquidē in hoc Domini castrum  
inimicos eius introducere moluntur, quales sunt vī-  
que detractores, Deo odibiles, qui discordias fē-  
minant, nūtrient scandalū inter fratres. Sicut enim in  
pace factus est locus Domini, sic in discordia locum  
Diaboli fieri manifestū est. Non miremini fratres,  
si durius loquī videor, quia veritas neminem palpat.  
Omnino prodītoreū le nouerit, si quis fortē (quod  
abī) vīta quālibet in hanc domū conatur inducere,  
& templū Dei spēluncā facere dāmoniorū. Gratiā  
Deo, nō multos hic inuenimus huiusmodi, sed tamen  
deprehendimus interdum fortē nōnulos, qui collo-  
quantur hostib; & pacifcant se dūs cū morte, hoc  
est moliantur, quod in eis est, immīnere ordinis di-  
sciplinā, intēpēcere feruorem, turbare pacem, &  
cōdere charitatem. ] Longāblūt hi ab exēplo Christi  
fētando, ille enim nulli malum intulit; isti verō om-  
nibus mala suis verbis important. Per illum nemo  
quicquam boni perdidit: per istos verō vniuersi  
& ipsi quoque bonitatem anīscunt. Nam qui mur-  
murāt (inquit Laurelius Iustinianus) fratris cōstamina-  
tionem in corde peccat audientis, audientis quoque

Ecclesi. 19.

Ecclesi. 2.

Bern. ser.  
3. de ded.  
Ecclesi.Laur.  
taut. de  
dī s. per  
mon. c. 4